

tium, & ipsum ejusdem Jauventium Reip.  
Ducem, pietate apud Deum, gratia apud  
Summos Europæ Principes, & beneficentia  
apud omnes inclaruit, mirifice præbes, &  
pulcherrime æmularis: Qui inter peculiare  
animi tui dotes effusissima in Pauperes lar-  
gitate, raro pietatis exemplo præstas, ut  
ingentium divitiarum possessio æternam in  
Te uno militaret ad gloriam: Qui cunctis,  
denique, tum Liguriæ, tum Regni nostri  
Magnatibus, Ipse interim, quod dictum  
est, unus ex Summis, Connubiorum fœdere  
junctus: quando vel in sola Cornelia Maria  
Inurea ex præclarissima Inureorum Familia,  
præfati Augustini Senioris Uxore Incompara-  
bili, vel in sola Josepha Pignatella Strongy-  
lorum Principum celebrato Sanguine Sata,  
Conjuge tua Inclÿta, quam Atavis honori-  
bus Celsam, illustrat Majestas grata Virtu-  
tum (a):

Par animo quoque forma suo respondet  
in illa:

Et genus, & facies, ingeniumque simul.  
Inque tot aliis eximiis itidem Regni Fami-  
liis Carafa, Bonito, cæterisque, Summa

114-

(a) Ovid. VI. Fast.